

Sed forte quod scis, & ego scio: sed non eorum re corrigis, quia curare solo, non accipere. Sicut homines adulteri in domibus suis, in secreta peccata, aliquando nati produntur ab uxoribus suis...

X. Hoc idem confirmat, Homil. 49. inter 50. (modo Serm. 351.) cap. 4. ubi hortatur peccatorem, ut cum se fessit gravissimis delictis oneratum, veniat ad Antistes: Et a praesentibus sacramentorum accipiat satisfactionis sua modum...

XI. Accedit quod Ecclesia semper abstulit ab eo, quod scandalum, & infamiam ingerere, & fidelem a confessione peccatorum avertere poterat: si autem obligasset ad Poenitentiam publicam, etiam pro peccatis occultis, eos obligasset ad id, quod scandalum, & infamiam eis attulisset...

XII. His S. Leonis verbis apparet, eum non improbalie publicam peccatorum, etiam beculorum, confessionem sponte suscipiam; haec enim ex ardenti Dei amore procedit, quo non timet coram hominibus confundi: sed ut imperat prohibet, quia non omnium est. Quare si forte legeris, pro delictis occultis aliquos publicam egisse Poenitentiam; hanc ab eis voluntarie assumptam credere debes, ut fecerunt S. August. & alii: non vero ulla Ecclesiae lege eis fuisse impostam...

XIII. Dices tamen cum Morino, & Juenin, contrarium opinantibus, primo Tertullianus, lib. de Poenit. cap. 7. & 9. loquens de Poenitentia, quae lapsi post Baptismum reconciliari poterant, solius publicae, ac solemnis meminit; ergo haec sola peccata tam publica, quam occulta, & interna expiabantur. Respondet, neg. conf. Tertullianus enim in eo libro agit de sola Poenitentia publica. Nam cap. 7. dicit: Collocavit in vestibulo Poenitentiam secundam, quae pulsantibus patefaciat, sed jam semel, quae iam secundo Poenitentiam autem, quae semel tantum concedebatur, erat publica, non secreta, quae quoties quis peccasset, poterat a Deo sponte veniam, laeo cap. 9. vocat eam Poenitentiam secundam: quia post remissionem in Baptismo jam semel factam, succedebat remissio per eam peccatorum post Baptismum commissorum semel faciendae, & a qua multi remebantur, ut publicationem sui fugerent;

memores magis pudoris, quam salutis; Nam quamvis peccata eorum essent notoria, & publica multis; erubescerent tamen, maxime coram tota Ecclesia aclus illas publicationis suae reitatis facere, & tamquam eos se fessere coram multitudine. Sicut publice blasphemiae reus, majorem pudorem concipit, si ad istandum praeforibus Ecclesiae a S. Inquisitione condemnatur.

XIV. Dices secundo: Origenes, Homil. 2. in ps. 37. aperte asserit etiam pro peccatis occultis publicam Poenitentiam. Ait enim: Circumspice diligentius, cui debes confiteri peccatorum tuorum, proba prius Medicum, cui debes curam languoris exponere... Si intellexerit, & praeviderit, ealem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiae exponi debet, & curari, ex qua fortassis & ceteri iudicari poterant, & in ipso facili sanari: multa huius deliberatione, & satis pro illius Medici consilio, procurandum est: ergo &c.

Respondet. Origenem loqui non de eo, quod lege aliqua obligante faciendum erat; sed quod ex voluntaria devotione, & humilitate tunc fieri poterat, & aliquando expediebat. Non enim nego; tunc temporis aliquando peccata occulta, & secreta ex Confessarii consilio coram Ecclesia conventu penitentibus fuisse confessos; & hoc in Ecclesia Orientali in usu fuisse: fed dico, etiam cum Origene, ad hoc faciendum multa deliberatione, & periti Confessarii consilio opus fuisse; ut nimirum, & fidelium adificatione, & Poenitentis faciliori sanatione interserviret, & non potius scandalum, & turbationem, ut accidit Constantino poli tempore Nestarii. Si ergo ad faciendam de peccatis occultis voluntariam confessionem, & Poenitentiam publicam tanta requireretur consultatio; incredibile est ad eam de talibus faciendum, legem aliquam cogentem existisse.

XV. Dices tertio: S. Cyprianus, lib. de lapsis lapsos omnes, sive qui palam, sive qui clandestini lapsi immolaverant, urget, ut convenientem peccato suo satisfactionem exhibeant, nec unquam distinguat inter publicam, & secretam. — Rufus, Ep. 47. ad Plebem, etiam minora delicta dicit expianda fuisse Poenitentia publica.

XVI. Respondet, neg. ant. Nam S. Cyprianus, in lib. de lapsis, loquitur de triplici genere hominum: eorum nempe, qui nefandis facris manus contaminaverant: eorum, qui libellis conscientiam polluerant, Libellaticis dicit; qui ne sacrificare cogentur, pecuniam dederant Magistratibus Ethnicis, & ab illis libellum secretitatis acceperant. Eorum tandem, qui de sacrificando, vel libellum accipiendo tantum cogitaverant. Primi generis lapsos vult quidem Poenitentia publica subici, eis enim: ait, Orare oportet impensus, & rogare, diem lectu transigere... Secundo vero dicitur ceteri, in ecclesia & foribus voluntarii &c.

Qui enim sub oculis circumstantis, atque insulantis populi Ethnici sanctitatem fidei profanaverant; qui manus suas sanctis sacrificiis polluerant, & secleratis cibis ora contaminaverant, publica satisfactione, maculam eluere debebant. Secundi vero, & tertii generis lapsos private solum, ac secreta satisfactione vult subiectos. De Libellaticis enim dicit: Constantiam flagitii, quos vos feceris, delictum suum, dum adhuc, dum delictum, in seculo est, dum admitti confessione ejus potest, dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotem, apud Dominum gratia est. Ubi loquitur de confessione, & absolutione secreta in foro sacramentali. Nam Libellaticos ad publicam Poenitentiam non fuisse compullos dicit, Et 58. ad Antonianum, his verbis: Placuit, praesertim charissime, examinare causas singularum; Libellaticos interim admitti. De iis autem, qui sola cogitatione peccaverunt, dicit, ut cum magno dolore confingunt ad tribunal Poenitentiae; & satisfactionem in eo a Sacerdote private impostam; & private implendam magna animi submissione acceptent. Quarto (inquit lib. de lapsis) & haec majora, & citius melius sunt, qui quomodo nullo sacrificii, aut libelli facinore confecti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolent, & simpliciter confitentur, Evangelicam conscientiam suscipiunt, animi sui pondus exponunt, salutarem misericordiam, parvis licet, & mendicis vulneribus exquirunt?

Ad id, quod additur, dicit, S. Cyprianum per minora delicta non sumere peccata occulta, sed publicae: quae licet in se gravissima, minora tamen vocat relate ad ea, quae directe contra Deum committuntur, qualis est idololatria. Perinde ac si diceret: si pro fornicatione, vel adultério, aut homicidio, quae minora delicta sunt, stato tempore publica agitur Poenitentia, nec nisi ea expleta ad communionem admittuntur: quanto magis pro idololatria, quae peccatum gravissimum est, Poenitentia publica est subienda?

XVII. Dices quarto: S. Aug. lib. 1. de Symbolo ad Catechumenos, c. 8. Tribus (inquit) modis dimittuntur peccata in Ecclesia, in Baptismo, in oratione, in humilitate magistro poenitentiae. Et Homil. 27. inter 50. modo Serm. 321. ait, cap. 3. Triplicem quippe ejus (Poenitentiae) in S. Scriptura esse proposui. Illa prima competentium est, & ad Baptismum venire scientium. Est alia quippe quotidiana, & ubi illam ostendimus Poenitentiam quotidianam? Non habeo, ubi melius ostendam, quam in oratione quotidiana. Et c. 3. Resat poenitentia primum genus, & est Poenitentia gravior, atque infansior, in qua proprie vocatur in Ecclesia Poenitentia, remoti etiam a sacramento altaris partecipando, ne accipiendo indignae, iudicium sibi mandent, & bibant &c. ergo S. Augustinus non aliam post Baptismum Poenitentiam agnoscat, quam eam quae pro venialibus se, recitandam orationem dominicam, & pro mortalibus, quae proprie Poenitentia est, & haec est lucuosa, ac proinde publica.

XVIII. Respondet primo, neg. conf. Nam si ita esset, dici deberet, Augustini aetate nullam fuisse Poenitentiam, & confessionem

nem sacramentalem, & secretam fed tantum canonicam, & publicam: quod esto moderni haeretici imitant, vidis tamen catholicis, contra quos adimus, placere nequit. — Respondet igitur secundo, S. Augustinus in locis loqui solum de poenitentia publica, & hanc triplicem esse dicit: unam, quae in susceptione Baptismi fit, alteram, quae fieri solebat pro levioribus peccatis, & quotidianis, quae pariter erat publica, ut etiam hujus temporis usu constat. Confessio enim quae initio Missae fit, & ante Eucharistiae susceptionem ab omnibus Catholicis pectora tumentibus, sequae peccatores proficientibus; vere poenitentia publica est, quae quotidiana peccata diluuntur. Tertiam, quae ex praescripto Ecclesiae pro gravioribus (non tamen secleris, & occultis) agit oportebat; & hanc vocat lucuosam. Unde, Serm. 352. citato de hac subdit: Illa ergo poenitentia lucuosa est, grave vulnus est. Ad alterum forte commissum est, forte homicidium, forte aliquid sacrilegium. Gravis res, grave vulnus, letale, mortiferum, sed omnipotens Medicus.

Adderem rationem: poenitentia Lucuosa nomine non intelligere solum poenitentiam publicam; sed poenitentiam pro peccatis gravibus, & mortalibus constitutam a poenitentia quotidiana pro peccatis levibus. Poenitentia enim pro quolibet peccato mortali excludente a Regno Calorum, sive publico, & Ecclesiae nota, sive occulto, sive opere, sive sola cogitatione, sive lacta, & lacrymis fieri non potest. Poenitentia enim (ut, ex Ambrosio, Mag. Sent. in 4. dist. 14.) est mala praeterita plangere, & plangenda vitium non committere. Vel, ex Gregorio: Poenitentia est aucta peccata desistere, & a stand non committere. Desisti autem debent primo, & semper coram Deo in secreto cordis; & aliquando etiam coram Ecclesia, quando ex peccato offensi sunt. Quare ex quo S. August. pro quolibet peccato gravi assignat Poenitentiam lucuosam, non excludit secretam, quae coram Deo, & ministro ejus in Tribunali Poenitentiae fit. Unde ibi ponens exemplum in Lazaro quadragesimo qui revixit, dicit: quod sicut Lazarus procedit & tumulo, sed ligatus tamen ab Apollolis fuit: sic homines procedunt & tumulo peccati per confessionem: Nam istam confiteri ab occulto, & a tenebris procedere est. Hoc autem, ut procedant, facit Deus per suam misericordiam, jam cetera implet Ecclesiae ministerium: solvere illum, & satis abire. Quae ex ore confessione, & absolutione in Tribunali secreto Poenitentiae proprie intelligi possunt.

XIX. Pro complemento hujus quaestionis: noto primo. Poenitentiam publicam distinguat a secreta, fed sacramentali; quod per hanc crimina solvantur, & remittuntur coram Deo; &

ita antiquitus etiam contingebat: per illam vero alia commoda Ecclesiae obveniunt; ut docet S. Thom. in 4. dist. 24. qu. 1. art. 5. qu. 1. Primo: ut peccatum publicum, publicam habeat medicinam. Secundo: quia maxima confusione in hoc mundo etiam est dignus, qui gravissimum scelus commisit. Tertio: ut sit alius ad terrarum. Quarto: ut sit ad exemplum poenitentiae, ne desperent, qui in gravibus peccatis delinuntur.

XX. Noto secundo cum eodem S. Thibidem ad 1. quod si Sacerdos injungat aliquam poenitentiam publicam, puta peregrinationem, Non revelat confessionem, ealem poenitentiam injungendo, quomodo suscipio oratur, illum aliquid enorme peccatum commississet, non enim culpa pro certo scitur ex pane, Quia quandoque aliquis poenitentiam pro alio facit, sicut legitur in vitis Patrum de quodam, qui ut socium suum ad poenitentiam provocaret, ipse cum eo poenitentiam agit. Si autem sit peccatum publicum, ipse poenitentiam exequendo poenitentiam, confessionem a se factam manifestat.

XXI. Noto tertio cum eodem S. Thom. ibi, qu. 3. Quod omni; solemnitas poenitentiae est publica, sed non conventiva. Poenitentia enim solemnitas hoc modo fit. In capite quadragesimae, rales poenitentiae praesentia se cum Praesbiteris suis Episcopi Ordinatio ante forum Ecclesiae sacro induci, nudis pedibus, vultibus demissa, cana depolita, & eis in Ecclesia introductis, Episcopus cum omni Clero septem Psalmos Poenitentiales dicit, & postmodum ei manum imponit, aquam benedictam spargit, & cinerem capiti imponit, ciliis colla eorum operit, & demum tunc eis lacrymabiliter: quod sicut Adam egressus est a Paradiso, ita isti de Ecclesia ejiciuntur. Et jubet ministris, ut eos ab Ecclesia pellant; Clero eis perseverantem cum hoc responsorio. In sudore vultus tui &c. In cena autem Domini quilibet annu a suis Praesbiteris in Ecclesiam reductur, & erunt ibi usque ad ultimum Pasche: ita tamen, quod non communicabunt, nec pacem accipiant, & sic fiat quolibet anno, quousque aditus Ecclesiae est eis interdictus. Ultima autem reconciliatio Episcopo reservatur, ad quem solum spectat solemnitas poenitentiae impositio. Pasche autem imponi vult, & mulieribus: sed non Clericis, propter scandalum. Non autem talis poenitentia debet imponi, nisi pro peccato, quod coram commoverit urbem. Publica autem, & non solemnitas, qua in facie Ecclesiae fit, sed non cum solemnitate praedicta, sicut peregrinatio per mundum cum baculo cubitali; & haec potest iterari, & a simplicis Sacerdote injungi, & potest etiam Clerico imponi. Haec S. Thomas. Qua distinctione conciliari possunt Auctores, dicendo; quod pro peccatis occultis aliquando forte fuerit imposita Poenitentia publica, sed non solemnitas. Haec satis sunt pro presenti Quaestione, & toto Tractu de Poenitentia.

TRACTATUS DECIMUS DE CENSURIS, ET INDULGENTIIS.



UM Christus, & Math. ver. 19. D. Petro in premium confessionis suae divinitus ab ipso editae, dederit claves Regni Calorum, & facultatem ligandi, & solvendi, promittens se ratum habiturum in Calis quidquid ligaverit, & solverit in terris: & cap. 18. ver. 18. Ecclesiae hoc idem concesserit, dum ait Apollolis, quod quaecumque alligaverint super terram, erunt ligata; & in Calis: & quaecumque solverint super terram erunt soluta & in Calis: hac generali concessione non solum eis concessit facultatem generalitendi, vel retinendi peccata per absolutionem, vel retentionem absolutionis in sacramento Poenitentiae, de quo supra; sed etiam eis largitus fuit potestatem infligendi poenas exclusionis a communione sacramentorum, & eas relaxandi, sive iterum in Ecclesiam recipiendi expulsi, sive solvendo eos, in hac, vel altera vita subeunda. Primum Ecclesia praestat per Censuras; secundum vero per Indulgentias, de quibus in hoc Tractu, qui erit veluti appendix ad Tractatum de Poenitentia, sermo erit cum S. Thom. in 4. qu. 2. & dist. 20. qu. 1. & in Supplem. 3. par. qu. 21. & qu. 25. Primo ergo de Censuris, quaerimus: An sint, quid, & quot sint; quoniam earum materia, & forma; quis Auctor, quis minister, quodnam subiectum, & quae effectus &c.

Q U A E S T I O I.
De existentia, essentia, divisione, materia Censurarum, Ministro, subiecto, & effectu.
D U B I U M I.
De existentia, & essentia Censurarum.
S. I.
De existentia.

I. Facultatem excommunicandi, ac Censuras ferendi penitus abstulerunt Albigenes. Recentiores tamen haeretici Lutherus, Calvinus, &c. quamvis excommunicationem Papalem detestentur, facultatem tamen eam ferendi in Ecclesia esse consentunt. Immo Calvinus, lib. 4. Inst. cap. 12. de publicis peccatoribus, & gravibus flagitiis implicatis dicit, S. 4. in eis corrigendis non tantum adhibendam esse admonitionem, vel objuratorem; sed severius remedium, quemadmodum demonstrat Paulus (1. Cor. v. 4.) qui Corinthios incestuosum non modo verbis castigat, sed excommunicatione punie, simul neque de seclero factus est censor. Inde ostendens, quod Ecclesiam, dum in tali peccata animadvertit et consortio suo eos exterminans, jurisdictione sibi a Domino delata fungitur, subdit: Porro ne quis tale Ecclesiae iudicium spernet, aut parvi estimet, se suffragis fidelium damnatum; testatur est Dominus, ipsum ipsum nihil aliud esse, quam sententia sua promulgationem, namque haberi in Calis, quod illi in terra egerint. (Math. 16. v. 19. & 18. Jo. 20. v. 23.) Habent enim verbum Domini, quo perveris commentis habent verbum, quo respicentes in gradibus recipiant. Sine hoc, inquam, disciplina vinculo, qui alia stare posse Ecclesiam censuram, opinione falluntur, nisi forte cavere impune possint ad administrato, quod Dominus vobis necessarium providit. Haec Calvinus. Qui etiam in Jan. cap. 9. v. 22. ubi parentes ceci nati, quem Christus Illuminaverat, interrogati, quomodo visum receperint, responderunt; se nescire (quamvis scirent) Jam enim conspurcaverunt